47

denarius uendedisti / iste est sanguis de quo ante cum
pharisaeis pacta fecisti; o xpi misericordia o uide clemen
tia / ille eum xxx denariis paciscebatur ut uenderet / &
xps eius sanguinem quem uendidit offerebat / ut haberet
remisionem peccatorum · si tamen impius existere nolu
iss&; Nam adfuit iudas & illius sacrificii communicatio 4
nem meruit / & pedes eius quando aliorum discipulorum
lauit / ut excusationem suae malitiae non haber&; Sed ille
detestandus suae mentis insidias cogitabat / Sed iam nos ad
terribilem mensam cum debita reuerentia / cum congrua
uigilantia / oportunum tempus inuitat; Nullus sibi iudas re
periatur / Nullus malignus accedat / Nullus ueneno pungat;
Nec fucata uerba lingua proferantur / Nec insidię mente con
dantur / sed quod uoluntas possid& / sermo declar&; & nunc
ille praesto est xps / qui illam ornauit mensam / ipse istam quo
que consecrat; Non enim homo est qui proposita corpus xpi fa
cit & sanguinem / sed ille qui crucifixus pro nobis est xps; sacer
dotis ore uerba proferuntur & diui uirtute consecrantur &
gratia; hoc est ait corpus meum / hoc uerbo proposita conse
crantur & sicut illa que uox dicit / crescite & multiplicamini
& complete terram; semel quidem dictum est · sed omni tem
pore sentit effectum / ad generationem operante natura;
Ita & uox illa semel quidem dictum; Sed per omnes mensas ecclesiae /
usque ad hodiernum & usque ad eius aduentum praestat sacri
ficio firmitatem; Nullus igitur fictus accedat / Nullus fucato
animo tantis audeat proximare mysteriis / ne condemnetur /
& sententiam mereatur · & quod iudas sustinuit patiatur; Nam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0099